



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 18. 26. & 32. Decisio CXX. Concursus nunquid sit necessarius  
electione Rectoris seu Vicarii Ecclesiæ subjectæ Monasterio, aut annexæ,  
vel de illius mensa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 18. 26. &amp; 32.

## DECISIO CXX.

Concurfus nunquid fit neceffarius in electione Re-  
ctoris feu Vicarii Ecclefiæ fubjectæ Monafterio,  
aut annexæ, vel de illius menfa.

Reverend. P. D. Litta,

Ulixbonen. juris conferendi.

Veneris 2. Decembris 1605.

## S U M M A R I U M.

- |  |   |
|--|---|
| 1 Eccleſia parochialis ſubjecta aut anne-<br>xa Monafterio non indiget concuſſu.       | dominium pertinere ad deputa-<br>tem.   |
| 2 Eccleſiam eſſe ſubjectam Monafterio<br>qualiter probetur.                            | 6 Perceptio decimarum, ſuſtentatio mu-<br>rum, & assignatio congrua ſubjectio-<br>nem denotant. |
| 3 Decimarum exactio denotat domini-<br>um Eccleſia cujus ratione exiguntur,<br>num. 7. | 8 Eccleſia edificata in territorio alio<br>in Monafterii ſpectat ad Monafte-<br>rium.           |
| 4 Onerum ſolutio pro aliqua Eccleſia<br>denotat dominum ſpectare ad ſol-<br>ventem.    | 9 Concufſus an ſit neceſſarius in viciis<br>perpetuis, & num. 10.                               |
| 5 Vicarii deputatio in Eccleſia indicat  |   |

**P**lures ſunt Eccleſiæ parochiales in territorio de Alcobatia, ad quarum curam  
exercendam Commendatarius præſendit Vicarios per eum nominandos debet  
ab Archiepiſcopo abſque concuſſu inſtitui, cujus contrarium præſendit Ar-  
chiepiſc.

ciepiscopus. Ideò hodie strictè dubitatum fuit, an constet Ecclesiam B. Mariæ de Alcobatia spectare ad Monasterium de Alcobatia, ut non sit locus concursui; & Domini affirmativam amplexi sunt; quia quando Ecclesia parochialis est subiecta Monasterio aut annexa, vel de ejus mensa, tunc non est locus decreto Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 18. de reformar.* Sed Monasterium nominat, Episcopus verò sine concursu approbat juxta tradita in *c. de capell. Monach. c. de Monachis de prabend. & fuit resolutum in causa Tirafonen. juris presentandi 23. Maii 1588. coram bon. mem. Bualo & 13. Octobris 1595. coram me.*

Ecclesiam autem esse subiectam Monasterio, aut annexam vel de mensa, non est necesse probare per instrumentum unionis aut annexionis, sed potest etiam probari per alia signa, & argumenta, ut fuit decidum in *causa Pampilonen de Stella 14. Decembris 1598. coram Illustrissimo Seraphino.* In casu proposito Domini inter alia considerant, quod Monasterium ante ædificationem hujus Ecclesie erat Domini totius districtus de Alcobatia titulo donationis factæ per Alphonsum Primum Regem Portugaliæ divo Bernardo Abbati Claravallen. & per Innocentium Papam III. confirmatæ, ut in *summario num. 1. cujus domini ratione Ecclesie ibi ædificatæ dicuntur ad Monasterium spectare. Glos. & DD. in d. c. de Monachis verb. preventibus de prabend.*

Ex qua donatione junctâ perceptione decimarum & fructuum totius territorii, & in specie decimarum spectantium ad Ecclesias existentes in dicto districtu, ut probatur ex concordia inita per Archiepiscopum & commendatarium de anno 1375. de qua in *summar. n. 3. & ex testibus in summar. n. 8. item ex sententia Regis in summar. n. 5. ex separatione mensæ Abbatis à mensa conventuali facta per Pium IV. in summar. n. 4. ex erectione hujus Ecclesie in vicariam perpetuam in summar. n. 9. denotatur manifestè dominium esse penes eum, qui decimas percipit, ita ut Ecclesia dicatur de mensa illius, & coram residere penes Abbatem & Monasterium habitu, exercitium verò curæ penes Vicarium. *Cardin. in clem. 1. n. 10. q. 9. de offic. vicar. Glos. in clem. frequens in ver. ad mensam & ibi Vitalin. n. 83. & ceteri Doct. de excess. prel. Crescent. dec. 2. de decimis Mahedan. dec. ult. eod. tit. Verall. dec. 339. par. 3. Capella Tholos. dec. 109. & ibi Addent. & fuit dictum in prec. Pampilonen. de Stella.**

Tertio ultra donationem territorii & perceptionem fructuum & decimarum fuit consideratum, quod Monasterium sustinet onera omnia Ecclesiarum in d. territorio existentium, tam quæ ratione visitationum, quam quæ pro reparatione & fabrica earundem debentur, ut ex concordia anni 1294. *sum. n. 2. & ex alia anni 1335. in summar. n. 3. & ex dictis testium summar. n. 8. & ex visitationibus Archiepiscoporum junctis effectualibus solutionibus, de quibus in summar. n. 10. & in specie respectu hujus Ecclesie in summario numero 8. ex solutione enim onerum per Monasteria facta pro Ecclesiis, de quibus agitur, satis colligitur Ecclesias ad ipsum spectare. Clem. 1.*

de jure

de iure patron. & ibi Vitalin. n. 8. vers. ubi ergo cap. 1. & cap. de iis de Eccles. adificanda. fin. de testib. Cas. de Grassis dec. 6. de prob.

- Accedit quod ante erectionem huius Ecclesie in vicariam perpetuam, in hac Ecclesia deputabatur Vicarius amovibilis, ut probatur ex confessione ipsius Ordinarii in instrumento erectionis, quod est signum curam penes dictum Vicarium non fuisse, sed solum exercitium ex allegat. in d. Pamplonen. & quia ille qui presentatur, non est rector, sed Vicarius, quod etiam denotat non curam, sed exercitium durat. xat esse penes ipsum, ut tradit Vitalin in d. clem. 1. n. 7. de offic. Vic. quia vis etiam presentationes loquerentur de rectoribus, stantibus premissis non potest minus diceretur Ecclesiam spectare ad Monasterium, cum ista sint synonyma, & sepe aliud pro alio ponatur. Glos. in clem. 1. §. nonnulli in ver. rectoribus & ibi Vitalin. n. 35. de excess. p. alia. cum aliis in his terminis allegatis in causa Urgellen. parochialis 13. Novemb. 1603. cum Cardu. Pamphilo.
- 6 Nec presentationes possunt censerī facte vigore iuris patronatus ex fundatione competentis propter perceptionem decimarum, sustentationem onerum, & assignationem congruam Vicario presentato, quod subiectionem denotat. d. c. de monachis & c. arvarius de prebend. Lambert. de iure patron. l. 2. par. 3. q. 10. art. 1. n. 4. & n. 7. & 8. cum aliis citatis per informantes.
- 7 Nec facit quod Archiep. habeat jus decimandi: quia in concordia solam dicitur, quod pretendebat jus percipiendi decimas, ultra quod tale jus posset verificari respectu quartae debite Episcopo etiam ratione Ecclesiarum ad Monasteria spectantium iuxta dispositionem cap. concurrente de off. ordi.
- 8 Non obstat, quod Ecclesia, de qua hodie agitur, fuerit constructa post Monasterium, ex quo apparet descripta inter Ecclesias, quae de anno 1384. fuerunt expressae reperiri inralimites de Alcobatia, ut in sum. n. 4. quia fuit responsum descriptionem esse restrictam ad Ecclesias existentes in districtu, non autem in oppido de Alcobatia, ubi Ecclesia B. Mariae de qua agitur, sita est, ultra, quod etiam illud esset verum, non per hoc tolleretur, quod esset annexa vel de mensa monasterii, cuiuscommodum habebat vigore concordiae de anno 1335. Ecclesias adificare. Unde existentia huius Ecclesiae in oppido de Alcobatia, quod cum eius territorio est de dominio monasterii iuncta perceptione decimarum, sustentatione onerum, assignatione congrua & cap. Vicario facit, quod Ecclesia ista in sui ortu vere nata sit subiecta & nunquam fuerit aliquo statu libertatis, sed originaliter annexa & de mensa iuxta tradita per Buer. in c. eam te n. 11. Abb. eodem n. 11. vers. nota de stat. & qual. & c. in c. ex parte d. 2. n. 1. & c. de re script. ubi etiam dicit, quod si Capella edificaretur, ut esset beneficium de per se stans, de necessitate presentari deberet Rector perpetuus, quod hic non fiebat, sed deputabatur Vicarius amovibilis, ut supra dictum ex confessione Ordinarii, & alias frustratoria fuisse erectio in Vicariam perpetuam.

Non

Non obstat quod in Vicariis perpetuis sit necessarius concursus: quia ad effectum ut sit locus concursus, non inspicitur an sit Vicarius perpetuus, vel ad nutum amovibilis, sed attenditur, an vicaria spectet ad Monasterium, & ei sit subjecta vel vel annexa, ita ut cura penes Monasterium resideat, quo casu non est locus concursus, sed sufficit approbatio Ordinarii juxta resolutionem Illustrissimorum interpretum Concilii, super qua fundatur Breve obtentum per Commendatariam à fel. record. Clemente VIII. declaratio vero eorundem Illustrissimorum interpretum data pro parte Archiepiscopi loquitur, quando cura transfertur in Vicarium, & non solum exercitium, ut in casu isto.

Non obstat quod per erectionem vicariæ perpetuæ factam per Archiepiscopum potest dici translata cura in Vicarium: quia lectura instrumenti erectionis contrarium aperte denotat, dum ibi assignatur certa portio Vicario, & reliquum reservatur commendatario penes quem remanent onera, juxta nos, per Hosien. & Joan. Andr. in c. exposuisti de prebend. & ibi Abb. in sine, hoc bene declarat Fel. in c. postulasti n. 1. vers. aut perceptio de rescript. Rebuff. de congrua port. n. 108. & in ista erectione ultima reservationem fructuum & onerum Vicarius non nominatur Rector, & reservatur Commendatario jus præsentandi, quod statibus præmissis debet intelligi, sicut prius competeat, scilicet cum approbatione Ordinarii, & non prævio concursu; apparet enim in hac erectione Archiepiscopum noluisse alterare statum hujus Ecclesiæ in alio, quam quod faceret Vicarium de amovibili perpetuum, prout ei ex debito sui officii incumbit ex decreto Concilii & c. 1. de capell. Monach. in 6. maxime quod in dubio hujusmodi erectio ita facta intelligi debet, ut minus præjudicet commendatario, quam sit possibile, & propterea ex eo quod dicat erigere Ecclesiam in vicariam perpetuam & beneficium curatum, inferri non debet ad curæ translationem in Vicarium, cum ista verba optimè verificari possint ratione exercitii & oneris administrationis sacramentorum Vicario perpetuo incumbentis. Nec ex deputatione Vicarii perpetui Ecclesia desit esse de mensa. Vualin. in d. clement. frequens n. 35. & 84. de excess. pralat. & fuit dictum in pract. Virgellen. Parochialis coram Illustrissimo Pamphilio.

